HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh.
Seite 58r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

vocant chananeos. eodem sensu referri potest et ad hereticos. quod tam
spurca plerique hereticorum. et nefanda confixerint. habeantque in mun
da sacrificia. ut ydolatria inferior sit ut certe quia chananeus in
terpretatur negociator siue METAΦΟΡΟΣ. i. translator: omnis qui do
mum patris faciunt domum negociationis. et lucra querunt de populis
et ecclesie ueritatem transferunt in mendacium. chananei appellandi sunt.
Audite hoc sacerdotes. et adtendite domus israel. et domus regis au
scultate. quia uobis iudicium est. quoniam laqueus facti estis speculationi
et rete expansum super thabor: et uictimas declinastis in profundum LXX.
Audite hec sacerdotes. et adtendite domus israel. et domus regis auribus
percipite. ad uos enim est iudicium. quia laqueus facti estis speculationi.
et sicut rete expansum thabirum. qui capium uenationem confixerunt.
Sacerdotes. x. tribuum ad audiendum uocantur. et reges. non quo sacerdotes
sint de tribu leui. sed quo sacerdotes uocentur a populo Vnde et sacer
dotes babal et prophete quadringenti quinquaginta. quos interfecit
helias. et postea hieu filius namsi presente ionadab filio rechab appellati
sunt sacerdotes. Sed et israel. i. populus uocatur ad iudicium. et nullus excu
patur: ut et sacerdotes et populus et reges qui in duxerant populum. et con
struxerant sacerdotes simul audiant. que fecerint. et cur tradantur
inimicis. Speculatores inquit uos posui. et principes in populo. et in ex
celso dignitatis culmine constituti. ut populum regeretis errantes. Vos
autem facti estis laqueus. et non tam speculatores et principes. quam uena
tores appellandi. Expanditis enim rete super montem thabor quem lxx tran
tulerunt thabirium hanc habentes consuetudinem ut hebrea nomina
greco sermone declinent sicut edom. hoc est esau et seir super ydumea
interpretantur. Est autem thabor mons in galilea situs in campestribus ro
tundus atque sublimis et ex omni parte finitur equaliter: De hoc monte
et in psalmo legimus. thabor et hermon in nomine tuo exultabunt.
Hunc montem et in hyeremia lxx. thabirium transtulerunt in quem aues la
queis capi solent. Et uictimas inquit declinastis in profundum. ut uulnus
agere penitentiam. nec occisus cleuare caput. Prohibuerunt et reges et
sacerdotes ire populum adumplum hierlim. id circo in profundum uictimas
declinasse dicuntur luxta tropologiam accusat populum. ne se alienum ar
bitretur a crimine si in ductus sit a regibus et a sacerdotibus quos hereticos
principes intelligimus. Ipsi quoque principes accusantur quasi laqueis
ceperint populum. et posuit speculatores in ecclesia eos duxerint in hor
rorem et in monte thabor excelso atque pulcherrimo. qui interpretatur